



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput III. a Ex Concilio Lateran.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

*libr. 11. leg. 2. ff. de extraordin. cognit. l. 44. ff. de acquirend. possess. l. . . §. 2. ff. de publican. l. si rogan-
do. §. 1. ff. de prescript. verb. leg. §. ale. ff. de aleat.*

12.
*Tradi-
tur ra-
tio de-
cidendi.*

His suppositis appetat ratio praesentis assertio-
nis; nam cum raptor bonorum non solum tenetur
de peccato commissio pénitentiam facere, &
ita Deo satisfacere, verum & pro damno illato
in proximum satisfacere, & bona ablata restitu-
re, *cap. cùm tu, de usur.* ideo asserit Eu-
genius, raptorem etiam pénitentiam petentem
cogendum esse restituere, pricipue cùm non dimit-
tatur peccatum, nisi restituatur ablatum, regulâ
peccatum, de R. I. lib. 6. & si cùm potuit, restitu-
re noluit, postea tamen in ultimo vitæ spiritu po-
sus, cùm restituere non poterat, pénitentiam
petierit, reconciliatio illi non est deneganda, sed
sepultura ecclesiastica non est concedenda, ut sic

alii terreatur, & cùm possunt, ablata resti-
tuant.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, nam
procedit quando publicus peccator sanus péni-
tentiam petit pro crimen gravi, & notorio, ex
quo cæteri fideles scandalum passi sunt; nam tunc
procedit principium textus in *dilect. cap. 1. de penit.*
& remiss. videlicet ut peccata publicè commissa
publicè defleantur: at verò in præsentis casu rap-
tor pénitentiam petebat in ultimo vitæ spiritu,
unde reconciliatio illi conceditur; quia quacum-
que hora ingemuerit peccator, audiendus est;
juxta suprà tradita: sepultura autem non conce-
ditur, quia cùm potuit, restituere noluit. Unde
cùm in *dilect. cap. de viro,* agatur de pénitentia so-
leni injungenda purgando publico raptor, id est
Nicolaus formam pénitentiae solennis præscri-
ptam illi injungit.

C A P U T III.

^a Ex Concilio Lateran.

Excommunicationi quoque subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro
expoliare præsumunt. Illi etiam, qui Christianos naufragium patientes, quibus
secundum regulam fidei auxilio esse tenentur, & damnum cupiditate rebus suis
expoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint sub-
jacere.

NOTÆ.

a *Lateran.*) Ita etiam legitur in prima collec-
tione, sub hoc titul. *cap. 2.* ubi additur
pars capituli *Ita quorundam;* unde cognoscitur in
præferti secundam partem textus in *cap.*
ita quorundam, de Iudeis, & integer canon extat
in Concilio Lateranensi, celebrato sub Alexandro
III. *cap. 24.*

b *Negotiatione.*) De plena securitate, quâ
gaudere debent negotiatori, etiam tempore bel-
li, *egi in cap. 2. de treng. & pace.*

I. *Damnata.*) Ita legitur in prima collec-
tione, & in ipso Concilio locis suprà citatis. Sed
in hac sexta collectione legitur *damnata:* forsitan
allusus Raymundus ad authenticam *navigia, Cod.*
de furtis: & hæc lectio poterit retineri, quæ
displacebat Anton. Augustino *in notis ad hunc*
textum.

COMMENTARIUM.

2. *P*ro hujus textus expositione nonnulla præ-
mittenda sunt de naufragiis, & naufragorum
bonis. Et primò sciendum est, merces, quæ sub-
ære tempestate, & levanda navis causâ in mare
projiciuntur, manere in dominio eorum, quo-
rum fuerant, nec haberi pro derelictis, *leg. qua-
ratione, §. final. ff. de acquirendo domino.* Ratio
est, quia ad levandam, salvandamque navim pro-
pter necessitatem in mari projiciuntur, *l. 2. §. fin.*
leg. qui levanda, ff. ad leg. Rhodium, l. quacunque,
*ff. de acquirendo domino. l. interdum 21. §. 1. ff. de ac-
quiri possess. §. final. In fit. de rerum divisione.* Inde
provenit, ut qui eas surripuerit, furum com-
mittat, cùm dominus non animo delinquendi

eras projecterit, *l. in eum, authent. navigia, C. desur-
ties, l. 1. & per totum, ff. de incendio & ruina.* Ex-
pli cant *Capol. de servit. cap. 27. Pancirola libr. 1.*
variar. cap. 57. Pinel. libr. 2. selec. capit. 9. num. 1.
Gomez in l. 45. Tauri, num. 61. Nec contrarium
probatur textus in *l. fassus 44. §. si jactum, ff. de fur-
tes,* de cuius solutione videnti sunt Amaya *lib. 2. obser. cap. 7. num. 24.* Pinel. *libr. 2. selec. cap.*
9. num. 1. & in hac parte obserandi sunt textus
in *l. 3. §. 1. ff. de incendio & ruina, l. final. §. 1. ff. de*
*muner. & honor. l. qui servandarum, ff. de pra-
script. verb. l. penultim. ff. de rerum divis. l. 2.*
Cod. de naufrag. libr. 11. l. 3. §. Labeo, l. Pomponius
44. §. idem. ff. de acquirend. possess. juncto Amaya
*libr. 2. obser. cap. 7. num. 25. l. final. §. 4 ff. de pub-
lican. l. 55. ff. de condit. & demonstr. l. 58. ff. de ac-
quirend. domin.*

Deinde sciendum est, licere propria auctori-
tatem merces navi vectas in mare proiecere, quia id
communis salutis causâ, & ob bonum commu-
ne rotius navis fit, ut etiam arcendi ignis cau-
sâ licet vicinas ædes incidere absque eo, quod
actio in factum, vel legis Aquilæ derit, *l. 3. ver.*
idem ff. de incendio & ruina l. si quis sumo, §. 1. ff.
ad leg. Aquil. Verum si pereant merces ita iacta-
tæ, simile damnum non est tantum illius, cu-
jus merces tantum iactatae sunt, sed commune
rotius navis, & quilibet, qui se, mercesque suas
inde salvias fecit, tenetur pro rata ad contribu-
tionem, juxta legem Rhodiām, de qua in *leg. 1. &*
*3. ff. ad leg. Rhodiām: leg. item 13. §. 1. leg. in na-
vem 31. ff. locati, leg. si quis fullo 45. §. 1. ff. ad leg.*
Aquileam, cuius legis historiam, & capitare refert
Morisotus, *libr. 1. orbis marit. cap. 30.* Ratio est,
quia æquum videtur, ut commune sit damnum
eorum, qui ob res socii in mare iactatas suas
salvas fecit, *leg. 2. §. aquissimum, ff. ad leg. Rho-
diām.*

diam. Circa quam contributionem 'obervandii sunt textus in l. qui servandarum , ff. de præscript. verb. l. 3. §. ait. ff. nauta , canones , l. Pomponius 44. §. 1. ff. de acquir. domin. l. 2. §. 1. ff. de negot. gelis , l. si ex legati 25. ff. de V. O. l. in conductu , C. si certum peratur , l. 55. ff. de condic. & demonstr. l. 4. §. 9. ff. de editis. edict. l. final. C. de naufrag. lib. 11. l. 3. §. est & alia, ff. quod vi auctor. cum lege 3. §. signis 45. ff. ad leg. Aquil. & pro illustratione difficultis textus in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhodiām, videndi sunt Amaya lib. 1. obser. cap. 1. numer. 70. D. Joannes Ramos in analēct. ad ipsum textum , l. Gothofr. in opuscul. ad cunctum textum , Mancinus lib. 3. de triplici juris collat. cap. 214. Salcedo ad D. Thomam de regim. Princip. lib. 3. cap. 13. disserr. 39. D. Josephus de Rebus lib. 8 opuscul. cap. 19.

Deinde scendum est apud varias gentes, præcipue barbaras, in usu fuisse, eisque, vel ex eorum constitutionibus, vel ex veteri corruptela, ut naufragantium bona, quæ ad eorum litora appellerent, vel in eorum portus colliderentur, fierent fisci, sive quod idem est, publicarentur. Curtius Fortunatus lib. 3. art. Rhetorica, ibi: Nulla certior definitio est, quam naufragantium bona esse publicanorum, id est eorum, qui publica vigilia, aut portoria conducta habebant. Sopater in Aphthonio, pag. 107. Allusio Juvenalis satyra 4. Res si sit est ubicumque natat. Quam legem apud varias Septentrionales gentes in usu fuisse probant Grotius lib. 2. de jure belti , cap. 7. §. 1. & in notis Salmoli. ad Pancirolam lib. 2. memorab. titul. II. Guillelmus Benedictus in cap. Raynneius, de testamentis, Verbo uxorem nomine Adelaisam , numer. 935. Rebuffus ad leges regias, glossa 5. numer. 74. Hinc querela in naufragii raptorem mari ipso saeviorem. Paulinus ad Macharium epist. 36. Ne patiaris invidiā diabolī per hominem improbum Secundiniano eripi, vel jam eruptum negari, quod illi de naufragio redonavit Deus: procurator Christiani viri, fratris nostri Pothamiani esse dicitur, quia eam navem in Brutiorum litora, quo posse Senatoris alluitur, ad lapsum , avarior mari, & sine mioparone piraticam in terra agere occupavit, & captam vacuefecit; nam etiam nunc in ipso litora inanis manet, ut dannum oneris frustra in pelago servati. & in terra perditū contestetur: deposita jam sepe apud judicem provincialē super hoc partocinio querela, sed Pharao noster induxerat corsum. Immō de Græcis & aliis politoriis populis idem notat Fornerius ad Cassiodor. lib. 4. epist. 7. Immō & hoc ius ad territori quoque dominos translatum fuisse probat Dadinus Alteferra de Dicibus lib. 2. cap. 13. Nec his naufragis parcerat Agathensis Episcopus in ora maritima Orcitaniae: quare reus postulatus fuit apud Innot. III. in cap. cūm dīcēti , de accusat. & crudele hoc latrocinium solere ad Rupellam exerceri, refert I. Bielius lib. 1. obser. sacrar. cap. 6. Nimurum si gravior tempestas in navem aliquam incubuerit, & magna ex parte fractam in litus ejecerit, miseris naufragos eo tantum nomine, quod nondum plenē miseri sint, tertiore tempore in litora subiacere, omnibus que fuerint ipsis reliqua fecerant, occurrentium direptioni patientibus. Quam immanitatem Honorius Papa in rescripto ad Hildebertum Cenomanensem (est inter ejus epistolas 67.) acrimè corripuit, & quotannis fulmine Apostolico damnari iussit;

hancque censet Theophilus Raynaudus tom. 4. de vitiis, libr. 3. sect. 3. cap. 6 fusse primam originem percellendi anniversario anathemate diripientes naufragorum bona, fortassis quod non ad Rupellam dumtaxat, sed alibi quoque eadem barbaries locum haberet. Certe jam olim apud Britannos idem in usu fuisse constat ex illeberto Cenoman. epistola 95. In Stadeni ora idem viguisse scribit Albertus Stadeni: sed & in Bruciōrum litora idem observatum fuisse constat ex dicta Epistola sancti Paulini, ubi Fronto, & Duceus hanc immanitatem paucis, sed luculentē exigit. Et quidem adeo invaluit lex hac, ut non tantum res, verū & homines quoque ipsi ex naufragio servati fisci commodis adscripti in servitutem abducentur. Cujus rei exemplum habemus apud Abbatem Stadensem pagin. 153. ibi: Friderici avia, & mater de Anglia navigantes in Comitatu Stadeni naufragium pafse sunt, & secundum prisci juris rigorem, tam homines, quam res regia ditioni sunt mancipati. Et statim: Quesivit in sententia, an licite posset vindicare sibi mancipium suum ubicumque reperiret: & cum lata esset sententia, quod posset, dedit magnam alapam clero. Et tandem ait: Avia & mater sub pretextu naufragii servitati sunt addicte.

Apud Romanos in primis lege Cornelius de si cariis pena statuta fuit adversus eum, qui naufragium suppresserit, leg. 3. §. item is 4. ff. ad leg. Cornde scariis, & ex rescripto Antonini, testante Ul piano in leg. ult. ff. de incendio & ruina, unicuique licuit naufragium suum colligere: quod rescriptum extat in leg. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. Dudem enim viris doctis placuit, non Constantini, sed Antonini esse illam constitutionem. Quas causas breviter, levatoque velo esse decidendas Imperatores Honorius & Theodosius sanxerunt in leg. de submersis 5. Cod. cod. titul. que in Theodosiano est 6. Inter legem Corneliam, edictumque Antonini Senatus consultum intercessit factum Claudiā temporibus, ne naufragus optimeretur, nevè clavus unus ex naufragio supprimetur, leg. 1. §. ultimo. leg. 3. §. final. cum l. sequenti, ff. de incendio & ruina; in cuius legis 4. §. 1. Antonini aliud rescriptum proponitur, quo gravissime penae statute sunt in naufragii, naufragorumque direptores: de cuius legis sensu, & lectione agit cum judicio Petrus Faber lib. 2. semebris, cap. 5. pagina mibi 59. Anterior alia constitutio Hadriani referunt a Calistrato contra possessores prædiorum juxta litora maris, in leg. nec 7. eodem titul. quā tanquam latrones puniuntur, qui aliquid ex naufragio subripuerint, aut suppresserint, edictumque Prætoris, de quo in leg. 1. ff. eodem titul. & in leg. 18. Cod. defuritis, eos punit in quadruplum tanquam raptore, qui ex hoc infortiū, vel ex hac calamitate aliquid rapiuerint, vel reperient, vel retinuerint: quam quadrupli penam reperiit etiam sancitam inter leges Rhodiorum, cap. 48. & in l. 18. titul. de furibus, libr. 7. legum Vuisgorb. notavit Petrus Gregorius libr. 37. syntagma. cap. 3. quod edictum Prætoris imitatus postea fuit Imperator Leo Philosophus, more solito prudentiam Romanorum taxans; sed immerito, quasi ex aequo non punierint eos, qui naufragos expoliarint, ac eos qui res ex naufragio suppresserint, sed hoc falsum est, ut patet ex constitutionibus supra laudatis, maximè ex lege Cornelia de

de sicariis. Sanxit ergo Leo novellâ suâ 64. ut in quadruplum suppellor teneretur ; sed & quod ait, olim capitaliter, sive pœna mortis punitur fusse qui res ex naufragio diripiisset, non video tunc collegit, quippe legis Cornelia de sicariis , nec edicti Antonini tam gravis pœna non fuit. Sed ad rem nullus asperius in direptores naufragii animadverit, quam Andronicus Comnenus Imperator, qui Imperium arripuit ad annum Christi M. C. LXXXIII. occupuit; malè à populo mulctatus, immò maestatus anno M. C. LXXXV. ut compierunt Baronius, Gualterus, & alii Chronologi. Hic prout iracundus, asper & inexorable erat, sed justitia tenax, ut ex gestis ab eo constat : & videns jam in pravam consuetudinem abijisse apud Romanos, eosque solos, ut naves tempestate in litus ejectæ, non modò à nemine adjuvarentur, sed ab accusis quovis turbidine sàvioribus diriperentur; iniquissimè isti ratione tam acriter est adversatus, & ita piraticam illam rapacitatem compescuit, ut hac una res amplissimas ejus laudes complectatur, orationeque in Senatu, & coram Proceribus habita ita sanxit:

Si quis vestrum nostra auctoritate Magistratum aliquem gerit, si quis fundos maritimos possidet, is primum seipsum deinde subdios quoque ad iustitiam, & imperii nostri observantiam, ac reverentiam conformet : ut autem pœna quoque modum noveritis, quam editi mei contemptor iuet, in malo navis pendebit: simulum marinus fluctus derubaverit, in alto litore, editaque frena altissima arbori affgetur. Hac ex Niceta Coniati libr. 2. de vita Andronici Comneni, ubi prout est floridus, & amarus, amplificationibusque, & figuris gaudet, multa in defestationem hujus crudelitatis, & in commendationem hujus editi Imperialis scribit omnino legenda. Sub idem tempus Fridericus Oenobardus, qui imperavit ex anno 1150. usque ad annum 1190. ut constat ex iisdem Chronologis, legem non multò dissimilem in occidente rulit, quæ in corpus juris redacta est, authent. navigia, C. de furtis, cap. 4. de conjectudine, in 5. compil. illaque sancitur, ut qui res ex naufragio diripuerit, suppresserit, retinuerit, publicatione bonorum puniat, & extraordinaria subjaceat pœna, prout audacia efflagitaverit, idest arbitriaræ, ut sensit Menochius de arbitr. casu 297. quem, aliosque sequitur Farinac, utiliter videndus, part. prax. crimin. tit. de furtis, quælibet. 168. cap. 4.

6. *De eodem tempore, in Orientem, quam in Occidente pravum morem viguisse illis temporibus occupandi res naufragio desperitas, licet dominus cognosceretur, & qua forsan in litora, vel portus perveniebant, sive navigia ipsa essent, sive merces, ut supra probavi, & constat ex Siriano Sopatro in Hermog. & ex Juvenali satyra 4. qui tamen potius taxat tempora, moreque sculi Domitiani totâ illâ satyra, & frequentissimas delationes; quam propriè loquatur de naufragiis.*

Si quid Palphurio, si credimus Armiliato, Quidquid conspicuum, pulchrumque est aquore toto.

Res sc̄ci est ubiunque natat: donabitur ergo, Ne pereat, &c.

Ergo teterimus ille mos à Græcis, Barbarisque jam olim usurpatus, novissimis temporibus in terris utriusque Imperii terpere coepit, donec predictis duabus constitutionibus avertiunculus

fuit. Non ita tamen apud Rhodios receptum erat, ex quorum lege quidquid levanda navis causâ ejectum erat à naufragis, aut timentibus naufragium, veteribus dominis restituiebatur, l. 1. & 2. l. qui levanda 8. ff. ad leg. Rhodiām, l. falsus 43. §. 6. iactum, ff. defurtis. Cum que Rhodiorum lege convenit rescriptum D.D. fratum in l. finali, §. si proper. 8. ff. de publican. & vellig. qui rescriperunt, ad publicanos non pertinere, quod in mare iactatum fuit navis levanda causa : ergo pristino domino restitui debent, ut jam superè probavi. Inde etiam publicani habitantes insulas Cycladas maris Ægei, voluerunt diripere Eudomonem, & locis Nicodemenses naufragium facientes circa Icariam, qua est una ex Cycladi bus, in l. de precatio ff. ad leg. Rhodiām de jactu : quibus Antoninus consuluit præcipiens, ut eorum causa lege Rhodiorum decidetur, in quantum Romanis institutis contraria non esset ; quod fuit jubere, ut sua cuique propria reliquerent, tecundum quod ipse Antoninus rescripsit in l. 1. C. de naufrag. juncta l. final de incendo, & rrina.

Sed quod Fornerius, & alii existimant ex l. 2. & per totonc ferè C. de naufrag. & ex eodem titulo in Theodos. lib. 13. titul. 18. post biennium, & ex novioribus constitutionibus, post annum, non fuisse jus repetendi res suas illis, qui naufragium passi fuerant, sed apud occupatores remanere, adeo incertum est, ut nihil à vero sensu illorum textuum magis distet ; loquuntur enim de periculo corporis, collegii, ceteris naviculariorum publicas species transportantium, à quo liberantur, si probent ex facto naufragii, vel naves, vel merces iactatas perisse, nisi præcedens culpa sit ipsorum, qui postea sustinuerunt naufragium vel ex levì cœla merces jactarunt : quo in casu adhuc post naufragium sustinent periculum, l. ult. sic intelligenda, C. eod. titul. vel si in tempore navigationis præstitu non navigarunt, l. quoties 3. C. Theodos. eod. titul. ibi: Placuit autem ut Novembri mense navigatione subtrahita, Aprilis qui estatis est proximus, susceptionibus applicatur, cuius susceptionis necessitas ex Kalendis Aprilis in diem Kalendam Octobris mensura servabitur, & in diem Idus eiusdem verbius textus in antiquo 6. §. 1. ff. de rei vindicat. ibi: Sin autem petitam tempore navigationis trans mare misit. Et in l. qui petitio 36. in fine, eod. titul. ibi: Et qui nam a se petitam adverso tempore navigationis misit, si ea naufragio perempta est, & padum, quo Callimachus promisit intra idus septembri navigare in Syriam, mercesque reparare. Apud Scævolam in l. quis Roma 122. §. 1. de verb. oblig. quod ad hunc textum observavit Alciatus lib. 10. parerg. cap. 19. ne mare antè clauderetur : de quo titu expressus quām ali Flavius Vegetius lib. 4. de mil. cap. 39. verba sunt: Phenice de cursu, id est ab oris Pleiadum, à die 6. Kalend. lunus usque ad Arcturi ortum, id est in diem 18. Kalend. Octobris, secura navigatione creditur, quia estatis beneficio ventorum acerbas mitigatur: post hoc tempus usque in 3. Idus Novembri incerta navigatione est, & discrimini præprio: propterea quia post Septembr. Idus oritur Arcturus vehementissimum sydus, VIII. Kalend. Octobris aquinoctialis eventus acerba tempestas, circanoas vero Octobris hedi pluviales, VII. ejusdem Taurus: à Novembri autem mense crebris tempestibus navigia conturbat Vergilium hyemalis oceane

cōsū. Ex die igitur III. Id. Novembri usque in diem 8. Id Martii maria clauduntur; nam lux minima, nōxque prolīxa, rubrum densitas, aēris obscuritas, ventorum imbrum, vēniūm geminata sevit, & non solum classes à pelago, sed etiam commentes à terrestri itinere deturbat: post natale vero (ut ita dicam) navigationis, qui solenni certamine, publicoque spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum syderum, ipsiusque temporis ratione usque in Id. Majas periculose maria tenantur. Sctivus ad illud Virgilii primo Georg. verſu 137.

*Navita, tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiatas, Hyadas, clarumque Licaonis Arcton.*

Sic ait: Pleiades signum est ante genita Tauri, quod ortu suo primum navigationis tempus ostentat; dicit ab eo, quod est pto navigo, latinè Vergilia dicuntur à verni temporis significazione. Hyades sunt in fronte Tauri, quod ortu suo concitant pluvias, latinè succula dicuntur. Alia testimonio ibidem adduxit extimus Zerda numer. 23. Lunaque, sive Diana sic alloquitur Aupulejum lib. II. ſuaram transform. non procul à principio: Diem, qui dies ex iſa nocte naſcetur, aeterna mibi nuncupabit religio, quoſedatis hybernis tempeſtibus, & lenitatis maris procelloſis fluctibus, navigabilibus pelorudens dedicantes carinam primitis commentus libant meſiſacerdotes. Et paulo inferius: Inter haec, & festorum victorum tumultum paulatim progreſſi jam proximamus ripam maris, atque ad ipsum illum locum, quo pridie mens stabulaverat aſinus, peruenimus: ibidem ſimulacris ritę difiſiſis, navem faberrimē ſaltam, pīcturis miris Egyptiorum circumſeptum variegatam ſumus ſacerdos tada lucida, & ovo. & ſulphure ſolennifimas preces de caſto praefatu ore, quam purissime purificatae Dea nuncupavit, dedicavitque: huius alvei felices mittens Carbafus litorē votum in eſtans progerebat, &c. Cicero lib. 2. epift. ad Q. frat. epift. 5. illic: Erat autem iuris, ajebat, ad III. Eid. April. ut aut Labrone, aut Pisis conſenderet: tu mihi frater ſimulacra ille veneſeris, pri- man navigationem, dummodo idonea tempeſtas fit, ne omiferis. Et prope finem: Tuas mirifice literas exſpecto, atque adhuc clauſum mare ſeo- fuſſe, sed quosdam venisse Ostia dicebant, qui te, &c. Alia videoſ apud Ferretum de re navalib. II. ſ. 2. & 3. Itannem Selenum in prefat. ad libros maris clausi, Henricum Salmut ad memorib. Panciroli lib. 2. titul. II. pag. 239. Carranzam in tractat. de la reduction de las monedas, 1. part. cap. 2. ſ. 2. pag. 45. & 46.

8. Nulla tamen conſtituſ expreſſius quam no- deno- viſſima Frederici de naufragiis cavit; ita enim vicos- naufragiis prospexit, eisque bona reſtitui jufſit; hu- ſu- fiſi non effent ex his, qui piraticam exercent, vel imperii, nominisque Christiani hostes ſint, ſive ut textus loquitur, inimici, id est qui diverſas partes ſequuntur: quamvis inter utrumque populum bellum actualiter non fit; quibus bona non jubentur reſtitui, ſi patiantur naufragium. Videamus tamen quibus ex veteri jure Romano hæc bona adjudicarentur? Placet mihi ita diſtinguere ſub eruditōrum cenzura: Si hostes populi Romani naufragium faciebant, publicanis hæc bona judicari, qui publica ſicci conducebant, probat non male textus jam allegatus in diet. I. ultim. §. ſi propter 8. ff. de publicanis; alioquin nullus erit locus dubitationi, ſi nulla effent omnino naufragia, quæ ad publicanos pertinerent: quod etiam tendit comodiū intellectus Fortunatiani locus ſupra reſlatus, in quo nullam eſt certiore definitionem tradit, quām naufragium ad fiscum pertinere: ſi cives, & ſubditi, & ſocii, qui eadē parter in bello ſequabantur, naufragabant, ipſis reſtituenda eſſe naufragia, compertum eſt ex legibus, & conſtitutionibus ſuprā relatis. Quod ſigens naufragium paſſa ſit, cum qua nec bellum erat Romanis, nec fœdus pacis inierant, ſed omnino exterri erant, quamvis homines capitab eis ſervi capientium fierent, ut conſtat ex I. poſtliminium, §. in pace, ff. de captiuis, no- tavit D. Jofephus de Retes lib. 6. opifcul. cap. 4. numer. 1. poſt desiderium Heraldum lib. 1. ani- madv. ad Salmaſium, capit. 3. numer. 9. contra Grotium lib. 3. de jure belli, capit. 9. numer. 18. tamen miferia, & naufragantium mifericordia puto datum fuſſe, ne res ipſorum opprimeren- tur, ſubtraherentur, publicarentur: quod ita probo. Olim lege Corthelia de ſicariis vindicatum fuſt delictum eorum, qui naufragium ſup- preſſerint: mox pœna repetita fuſt Senatusconſultis factis temporibus Imperatoris Claudi, deinde Hadriani conſtitutione; item quadruplici pœna ex auctoritate perpetui edicti, tandem Antoninus acres pœnas imposuit adverſus eosdem direptores, vel occulatores, ut ſupra no- tatum manet: & poſt hæc omnia laudatur ſimpliſter ejūdem Antonini reſcriptum, quod nau- fragium facientibus reſuas reſtitui jufſit, nullā in contrarium pœnā imposſit. Ergo ut hoc reſcriptum dignum ſit laudibus, quibus ſoleat extolli, immo ut alicuius momenti ſit, debet de naufragiis peregrini exterarum nationum acci- pi, erga quos mifericordiores fuerunt Roma- ni, quām ſi naufragium non feciſſent, ne ge- nus crudelitatis ipſis reputaretur, ultra nau- fragium velle ſevire, ut uſurpem Caſſiodori verba lib. 4. epift. 7. quod forte ſenſit Hugo Gro- tius magni iudicij auctor lib. 2. de jure belli, cap. 7. ſ. 1. ubi docet à ratione naturali abhor- rete leges civiles, qua naufragorum bona filio addicunt, quia juſ ſuum alicui auferre ſine cauſa, mera injuria eſt; adducitque locum Eu- ripidis in Helena: ſuum, inquit, naufragos ſpo- liare, quod genus eſt nefas? Dionis etiam Pru- ſiensis orat. 7. Abſit, o Jupiter, ut lucrum capte- mus tale ex hominum inſortu. Quibus teſti- moniis annectit dictam legem i. C. de naufrag. quæ ſolam inter homines naturalem cognati- onem redolent, nec peculiarem iuſtitiam in- ter concives respiciunt. Ergo denotat, eſſe contra- fas, & contra iuſtitiam omnibus hominibus naturaliter debitam bona naufragii exterri diripere, ſubripere, occultare: & ita, ut ceneſo, etiam de jure Romanorum ex Antonini conſtitu- tionibus à naufragorum præda fiscus, & privati repulsi fuerunt, ne ex aliena calamitate, compendium facerent, I. i. C. de naufragiis, ibi: Nihil juris habere fiscum in aliena calamitate, ut ex re tam luſtrosa compendium querat. Et pœnæ generaliter propositæ fuerunt in direptores eaurum mercium, earumque uſucatio, aut collectio omnibus

omnibus verita fuit, leg. i. leg. 4. §. ultim. ff. de incendio, l. ultim. Cod. de naufrag. leg. 21. §. 1 ff de acquiri possess. l. 9. §. ultim. l. 4. de acquiren. domin. ita ut nunquam in commissum, aut fiscum cadant. l. 16. §. si propter. ff. de publican. l. 7 ff. pro derelict. l. 2 ff. ad leg. Rhodium. deject. Unde in rescripto, quod exeat in synopsi Basilic. libr. 53. tit. 8. ita legitur: *Sic quando naufragio navis expulsa fuerit ad littus, vel si ab quando aliquam terram attingat, ad dominos pertineat, & fiscus meus se non interponat; quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compedium seleetur?* Quia ut aiebat Caffiodor. libr. 4. epist. 7. Ferina inhumanitas genus est ultra naufragium velle deservire. Qua mente Infulanus Euboicus naufragorum deprædationis crimen sibi objectum, ut nimis inhumanum, & à se longè alienum detestatur apud Dionem Chrysostomum in Ebore. orat. 7. ibi: *Nunquam enim mibi obtingat à Iupiter accipere, & facere tale lucrum ex hominum insortu. Sed vix fiscus, nedum privati, manus abstineret à captura, & direptione naufragorum: qua re commoti Fridericus III. in authent. navigia C. defurtis, & Leo Imperator in novell. 64. legem de naufragis non attingendis repeterunt, & pravam conuentudinem legibus adverstantem damnarunt. Humaniores quoque Principes diuersi hujusmodi consuetudines paulatim edictis savoribus abolere conati sunt.* In Oriente etiam naufragorum spoliatores acriter repressit Andronicus Comnenus proposiā pœnā suspendii è malo navis, vel in littore maris è proceris arbore. Nicetas in Andron. libr. 2. ibi: *Cum autem apud Romanos, eosq[ue] solos (ut opinor) iniquissima conuictudo valeret, ut naues tempestatis in littus ejecta, non modo à nemine adjuvarentur, sed ab accolis quovis turbine savoribus diriperentur, se q[uod]a fluctus reliqua fecerant, iniquissimi isti ratione tam acriter est adversatus, ita piraticam illam rapacitatem compescuit, ut hec una res ejus amplissimas landas complectatur.* De Henrico Rege Anglia hæc refert Guilelmus Neubrig. libr. 4. hist. Angliae. cap. 26. pag. 372. *Antiquam inhumanam circa naufragos conuentudinem in ipsis regni sui initiis eximia pietate correxit, atque hujusmodi hominibus ab aquoreo discrimine liberatis humanitatis officia exhiberi præcipiens, graves in eos pœnas sanxit, qui forte illis in aliquo molesti esse, vel de rebus eorum quippiam usurpare præsumerent. Quid vero Scythis contigisset, qui fortunarum expiatione, & cæde naufragorum opes cumulabant, refett Joan. Cantacuzenus apolog. 2. ibi: *Scythis mos erat Deo suo eos, qui ex naufragis salvarent, immolare, quotquot saltem depreberendi possent. Sic quos propria servaverat solertia, illorum trucidabat crudelitas.**

9.
Desa-
eris carum res religionis præsidio tutas præstare omni nonibus studio contendunt. Gregorius 7. lib. 5. epist. 14. circa & in Concil. Roman. can. 5. ait: *Quoniam Dei eadem iudicio nonnullos naufragio perire cognoscimus, bona. & eos quasi legali jam iure, immo diabolico insinuamus ab his, à quibus misericorditer sublevari, & consolari debent, degradari confisimus: statuimus. & sub anathematis vinculo, ut à præcessoribus nostris statutum est, iubemus, ut qui naufragum quemlibet, & bona illius invenerit, se-*

curè tam cum, quam omnia sua dimittat. Paschalis II. in Concilio incerto, canon. 9. ibi: *Quicunque res naufragorum diripiunt, ut raptori & fratum necatores ab Ecclesia & minimis excludantur.* Hildebertus Episcopus Cenoman. in epist. 65. ad Honorium 11. ibi: *Siquidem usque in diem præsatii conventus Synodi Nannenensis huiusmodi conuentudo in terra Comitis extiterat, ut decedente marito, vel uxore, universi decedentis mobilia in proprietatem Poteſtatis transirent: præterea quicquid evadebat ex naufragiis, totum sibi fiscus lege vindicabat patria, pafſo, & naufragium miserabilitus violentia Principum pofolabat, quam maris rapina, quam procella. Utramque autem exactiōne sub oculis totius Concilii Comes innoſtramanū depofuit, pofulans in eos excommunicationis gladium extendi. Quod decretum plenius confirmavit Honorius 11. epist. 67. apud eundem Hildebertum, ibi: *Iniquum censemus esse, ut quem divina clementia magnitudo a facientis pelagi voracitate exemit, dominum ſe rapacitas audeat pofolare. Priorum namque Imperatorum emanavit auctoritas, ut etiam earum rerum, que in tempeſtate maris levanda navis causae ieiunior, non amittatur dominum; non enim ea quis eo animo abſiuit, quod habere noluit, sed quod periculum effugere poſſit: & qui res ipsas incurandi animo abſiuit, furtum committit. Tandem Alexander III. in Concil. Lateranensi. canone in praesenti relato, & in cap. ita quorundam de Indis, statuit, ne Christiani Saracenis arma vendant, ne ipsis navigio vectos quicquam spoliare preſumant; & ut etiam illi, qui Christianos naufragium patientes damnata cupiditate spoliant rebus suis, niſi ablata reddiderint, excommunicatione subiaceant. Cui constitutioni ansam dederunt piratae, latrunculique nequissimi, qui navigantes Christianos, & in ipſorum litora appellentes, non mitius, liberaliusque tractabant, quam Turcae, aut Saraceni, aduersus quos ut armis decerent, Principes Christianos monuit, ipse vero pro Pontificia jurisdictione excommunicavit. Appellat enim latrunculos istos, vel à patria, vel ab fecleribus, his nominibus, Brabantiones, Aragonios, Navatros, Basculos, Coterellos, & Mattheus Parisi. in epist. huius Contiliis, ad annum 1179. ita titulum fecit: de Rupeariis, & Brabantius, & Pradomibus, qui fideles affigunt. Et paulo post: *Ne Christiani Saracenis arma vendant: nec patientes naufragium quicquam spoliare preſumant.* Itaque quod Petrus Abbas Cluniacensis enixa efflagitaverat ab Everardo Magistro Tempłariorum, & à Summo Ecclesiæ Praefule Eugenio 11. libr. 6. epist. 27. & 28 qui sedit ex anno 1145. usque ad annum 1153. nec fuerat executus, ad effectum perduxit Alexander in praesenti: obſervavit Baronum anno 1179. Et licet hujus excommunicationis absolutio in praesenti non sit reservata à Romano Pontifice, extat tamen reserata in §. 4. Bulla Cœna Domini, in qua quotannis excommunicatione profertur in eos, qui surripunt Christianorum naufragorum bona, live in navibus existentia, live ex eisdem ejecta, live in littore inventa, cuiuscumque generis bona sint, & in quocumque mari inventa, non obstante quovis privilegio, aut conuerudine. Docent Duardus in expositione Bulla, libr. 2. cap. 4. Fragofo de regim. Christ. Reipub. in dicto §. 4. Bulla Cœna Domini, Castro Palao operis moral. diffut. punc. 5.**

punct. 5, numer. 5, Scortia in select. Pontifico. constit. epist. 4, theorem. 7, Gibalinus de censur. in synopsi, verbo Naufragantium. Ex quo primò apparet, posse justificari leges Principum, vel Rerumpublicarum, quæ naufragiorum bona, si de domino sciri possit, siccio addicunt; quia sunt contra iusticiam naturalem, ut docent post Azonem in summa, C. de naufragis, Navartus in manuali, c. 27. n. 60. ex n. 18. & alii relati à Barbola in prefenti, n. final. Rebus ad leges Regias, glos. 5. n. 74. Coivar. in Regul. peccatum, 3. part. 5. n. 5. Joannes Gutier. l. 2. canon. cap. 9. ex num. 20. Grotius lib. 2. de jure bellū, cap. 7. §. 1. Solorzani lib. 6. polit. Indie, cap. 6. pag. 963. Hæc excommunicatio non incurrit, nisi eo animores naufragi occupata sit, ut invito domino retineatur, secundum quod accipienda est pena, quæ propter naufragium occultum imponitur Agathensi Episcopo in cap. cùm dilecti 18. de accusat. Unde in prædictam excommunicationem non incident, qui ea occupant, ut restituunt, vel qui ignorantes protius dominos, vel existimantes res pro derelicto haberi, illas sibi derinent: quippe iusta acceptio, & folus malus animus punitur. Aloysius Roccii in praxi var. resol. 191. & totidem fere verbis Zerola in praxi, verbo Naufragium, Barbola in prefanti, numer. 7. Cessat etiam aduersus eos, qui res occupant Christianorum fidelium naufragium facientium, si hostes tamen sint illi populo, & genti, quæ occupat; quia tunc occupatio ex jure belli justificatur. Sylvester in summa, verbo Excommunicatio 7. num. 55. vers. Vigesima est. Ex quo non invenio Autores, qui bona ignorantum naufragantium, quæ omnino incerti domini sunt, suadent ut pauperibus distribuantur; sed stando in terminis juris naturalis ea addicunt occupanti absque ullo restitutionis onere faciendæ pro anima naufragi; quod Doctores supra citati potius supponunt, quam exponunt. Mihil tamen haec sententia probatur ex eo, quia haec bona ut possunt esse, vel fuisse concivis amici Christiani, ita possunt esse hostis publici, infidelis Turca, aut pirata, quæ jure belli cedunt occupanti. Ergo in hoc dubio juris, & facti melior est coadiutori occupatoris, ut nulli, nec nullo modo reliquie teneatur, nec pro anima naufragium facientis.

Sed ut ad jus nostri Regni circa bona naufragorum perveniamus, glossa incerti Autoris in cap. dispensationis 16. 1. quæst. 7. verbo Despicimus, quæ Reges Hispanie taxat, qui naves fractas occupant, de naufragi rebus nihil loquuntur; & tamen de toto naufragio illam accipiunt Joannes de Platea in dict. lib. 1. Cod. de naufrag. lib. 11. Guillelmus Benedictus in cap. Raymunt. verbo Vxorem nomine Adelasiam, num. 374. Haud difficile id credo, si mores illorum temporum speciem, ita etiam apud nos increbuisse, cùm idem, & detestabiles vigenter in aliis provinciis. Verum legem nullam invenio, quæ ita iussit: potius referam contrarias. In primis habemus legem 1. tit. ult. lib. 4. fori legum, quæ ante præclarum opus juris Septempartiti edita fuit, vel ab Alfonso X. vel a Ferdinando III. eius patre, non multò post Concilium III. generalis Lateranense. Ita in ea sancitur: Si nave, galera, & otro navio peligrare, & quebrare, mandamus que el navio, y todas las cosas que en el andaban, sean de aquellos cuyas ertn antes que elna vio quebrasse, & peligrasse: y ninguno no sea oñado

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V

de tomar ninguna cosa de ellas sin mandado de los duenos, fuera ilas tomare para guardar, y darlas a sus duenos. Y antes que las tomeen esta guisa, llame a el Alcalde del lugar, si lo haver pudiere, y otros hombres buenos, y escribanlas, y guardenlas todas por escrito, y por cuenta, y de otra guisa no sean oñados de las tomar: y quies de otra maniera las tomar, pechelas como de furto. Eijo mismo sea de las cosas que fueren echadas del navio, para alevarlo, o cayeren, ó se perdieren por alguna guisa. Idem, expressius tamen, sancitur in 1. 7. tit. 9. part. 5. abrogatis privilegiis, moribilibus, vel immemorabilibus etiam consuetudinibus in contrarium observatis, vel vigentibus, utpote contra jus naturale, & iustitiam: Fuera (inde inquit) sítales cosas fueren de los enemigos de el Rey, ó de el Reyno; ca est once quienquier que las fallasse, devén ser fayas. Quod jure communis decisiū non invenio; in multis enim leges septempartitæ jus commune ampliarunt, suppleverunt, & explicarunt, lib. ex fort. quæ totidem verbis repeta extat in lib. 3. tit. 12. lib. 6. ordin. & in lege 9. tit. 10. lib. 7. Recopil. Sed prout pravi mores citò subrepunt, aliquod ceepit extorqueri petitionis, sublevaminis, aut hospitii nomine ab illis, qui naufragium facientes navi fractâ, aut convulsâ in portum appellebant, en nombre de Pitio, ut dicit lex 1. tit. 12. lib. 6. ordin. aut Pocio, ut legitur in sumario legis septempartitæ, vel Precio ut hodie extat in 1. 11. dict. tit. 10. lib 7. compilat. Prafero tamen priorem lectionem; Precio enim significat petitum etiam hodie apud aliquos rusticos, qui veterem linguam tenacius retinent. Hanc conluctudinem averruncarunt sub gravissimis penis Catholicæ Reges Ferdinandus, & Elizabeth in dict. 1. 10. & 11. unde difficile est credere aliam esse gentem, quæ tam exactè, benigneque naufragis providerit, ut nostra: si quid verò contra sit, contra leges & contra Principum voluntatem sit.

Ex quibus legibus partis possunt decidi quæstiones, quæ in praxi solent apud nos esse frequentes, præsertim in his, qui naufragium partuntur in navigatione ad Indos; solent enim alii variæ perspecto loco naufragii argentum, & alia pre-qua-tioli inde post aliquos annos extrahere per urinatores, non sine maximo opere, periculo, & expensis. In primis si ex signis, sigillisque, quibus vectores utuntur, potest certâ, vel morali probabilitate sciri de vero domino rerum, qui non sit hostis, vel pirata, illi, hæreditibus ejus restituenda sunt, ad quos naturâ pertinent, tam ex jure communi, aut Regio, quam ex ipso jure naturæ: nam propter naufragii casum aliquem rebus suis spoliare mera iniuria est, ut dixi: & ita supremum Indiarum Consilium decrevit in auro, argentoque extracto per Franciscum Mexiam ex naufragio, quod fecit classis Indica anno 1626. omne enim aurum, argentumque, cuius domini potuerunt agnoscî, dominis restitutum fuit, soluis extractionis expensis, ut refert judicatum Solorzani lib. 6. polit. cap. 6. pag. 965. certò enim sciebatur, non hostium esse, sed Hispanorum, qui vehebantur in nave, cui nomen la Margarita, in cuius submersa carina inventum fuit. Secundò, supposito quod Princeps noster haber jus prohibendi navigationem per mare Indicum, ut probavit D. Josephus de Retes lib. 7. opuscul. cap. 1. numer. 6. potest queri, si non impetrata Regis nostri facultate, ut semper faciunt aliqui, per urinatores extrahant

E e divitias

divitias naufragio deperditas, vel ab antiquo, vel de quarum dominis sciri moraliter non possit factis omnibus diligentiss., utrum illas licet retineant, & securi sine quoad forum interius, tanquam de rebus partis secundum jus naturale? In qua questione, quam nondum excogitata, ne dicam disputatam ab alio inventa, ita philosophandum censeo. Verum est annulorum, lapidum, & aliarum rerum pretiosarum, quae naufragio in flumen decidunt, possessionem statim amitti, quia deficit facultas, & facilitas eas retinendi, aut repetendi pro libito: dominium vero non amitti, quia ejus retentio non pendet a facultate retinendi rem, sed a jure, *I. Pomponius 13. in princ. de acquir. possess. iuncta l. 3. §. Nerva, eod. tit.* quod valer, ut quandiu Dominus inveniri possit, nemo eas sibi possit retinere sine crimen furti: quando verò de domino prorsus ignoratur, non puto haec bona esse comparanda bonis aedipotis, quae dominos amiserunt; sed illis, quae communia sunt per naturam, quia nunquam dominos habuerunt, & per consequens cedunt occupanti, juxta superioris dicta. Ratio est, quia flumina, & multò magis maria censorum vice funguntur; & quae occupant, faciunt publica; quae deserunt, privata. In summa omnia res illam induit qualitatem, quam habet flumen, vel mare, quod illam occupavit, *I. Aristotle, penult. der. divis. I. ergo 30. §. alluvio 3. de acquir. rer. domin. l. 1. §. fin. in Julia 6. cum sequent. de fluminibus*: explicant, ne immotremur, Guillelmus Fornerius lib. 3. *Selet. cap. 2.* aliisque apud Osiwaldum ad Donell. lib. 4. cap. 27. litera C. ergo cum mare naturā commune sit, erit etiam quicquid mare occupaverit, postquam privatum dominium amisit. Deinde à posteriori, quia si prorsus ignoratur cuius sit, potest esse hostis, & pirata. Cum ergo hac jure bellii cedant occupanti ex jure gentium, consequens est, ut etiam licet retineantur, secundum hoc jus: nec Principis prohibito impedit dominii acquisitionem ex re naturā communi, quamvis prohibitum subiecti alii penitus, quas in prohibitionē imponit. Quod mihi probat textus in leg. *Divus Pius 16. de servitut. rufic. pred. ubi Callistratus refert constitutionem Imperatoris Antonini Pii ad Aucupes emissam, quā sanxit, ne quis aucupandi, vel venandi causā fundum alienum ingredieretur invito domino. Pone de facto, & probiente domino ingressum suisse venatorem, vel aucupem, & in alieno fundo avem, vel feram cepisse: quætitur cuius sit, capientis, an domini fundi?* Et sane cessante prohibitione palam est, aves, vel feras capras in alieno fundo proprias fieri capientis, quia non sunt ejus, in cuius arbore insederint, sed in libertate, & laxitate naturali permanent, & per hoc nullius sunt, & capienti acquiruntur, leg. 3. §. 1. ff. de acquirend. domin. leg. si apes 26. de furris: docet expressius Cujacius lib. 4. *obseruat. cap. 2.* Accedente vero prohibitione non adeo expressè decisa est quæstio, ut habeamus aliquicun. Juris consulti responsum, quod eam in propriis terminis determininet. Accursum tamen in d. I. *Divus 16.* resolvit, prohibitum tenet domino fundi actione in factum ad instar propter damnum datum glebae, frugibus, aut arboribus, leg. in laqueum 55. ff. de acquirend. domin. & actione injuriarum propter contumeliam, aut contumaciam justi precepti contempti, *I. injurya-*

rum 13. §. ult. ff. de injur. facere tamen propria nihilominus animalia capta, quia cum per prohibitiō nem propria non sicut domini fundi, sed in liberitate adhuc naturali permaneant, consequitur, ut capienti acquirantur, nec illa domino fundi restituere teneatur, tam in foro interiori, quam exteriori. Docent idem cum Accusatio, Welfembadius post veteres Legistas in comment. ad tit. de acquir. domin. num. 7. Forcatulus in alveario iures, cap. 4. num. 3. multisque aliis laudatis Lessius lib. 2. de justit. & jur. cap. 5. dubit. 8. cum dubius sequent. & cum nuperis Moralista Eligius Basseus in floribus, verbo Venatio, ex num. 4. Tapias 2. tom. catena mor. lib. 5. quest. 26. art. 5. Igitur si prohibito venandi in fundo proprio neutro in foro impedit acquisitionem dominii, multò minus impedit in mari, quod naturā omnibus patet, acquisitionem domini rerum extractarum.

Tertiò frequentissimè solet queri, an bona ex naufragio ejecta, vel extracta à privatis, quorum prorsus domini non apparent, sicut Principis, tanquam regalia? Et sane non dubito, quin hac possint fieri regalia, ut piscatio, uniones, & similia, quae ex mari extrahuntur: nec dubito, quin apud multas nationes, & regna inter regalia communerentur, ut ex fide historica memorat Grotius lib. 2. de jure belli, cap. 7. §. 1. De Regno Neapolitano, in quo dicitur esse expressam constitutionem, tradunt Ponte decis. 21. num. 3. Mastrillus de Magistratibus libr. 3. cap. 10. n. 93; & de Regno Francie Guillel. Benedictus in cap. Raynatus, verbo Voxorem, num. 374. apud quas nationes leges ille servandas erunt, quia supposito totali defectu dominii, non sunt iustæ; immò & longi temporis consuetudines hoc regale inducentes ex eadem ratione debent observari, quas ferè apud univolum orbem inolevisse testantur Chopinus de dominio Francie lib. 1. tit. 6. à num. 9. Petrus Rebuffus ad leges Gallie, in proœatio, glos. 5. ex num. 4. Mastrillus ubi proxime, num. 393. Regenerus Sixtius de regalibus lib. 2. cap. 3. ex num. 91. Solorzanus in polit. Indiana, lib. 6. cap. 6. pag. 964. Idcirco tales leges & consuetudines iustas, observandas esse, censent Covarr. in regul. peccatum, 3. part. §. 1. num. 5. Suarez de censur. diffus. 21. scđ. 2. num. 34. Durodus ad Bullam caræ Domini, can. 4. que. 17. Petrus Gregor. lib. 3. Syntag. cap. 14. num. 16. In nostro tamen Regno non video legem, quae bona naufragorum filio applicet, ut liquido appetat ex lupa adductis. Ergo ex jure naturæ cedent occupanti, & hoc jure cedent etiam Principi, si naves, triremes, vel alia tempestate mari in litus ejecta, per milites, navarchos, aut per ministros suos occiper, vel etiam extraheat, quae in profundo mariis latent, dum prorsus domino careant. Ex quo inferuntur, schedulas, & diplomata Regia, quorum meminit Solorzonus ubi proxime, emissa ad eos, qui perquirunt naufragia, quae accidunt in navigatione Indica, tantum in suo casu esse intelligenda ad extractionem eorum, quae amissa sunt a nostris navigantibus, quae Princeps libi reservat, & de quibus pactum fuit cum extractoribus, ut partem retineant, partem filio inferant, nec videntur mihi posse applicati alii casibus naufragorum, nisi in partibus, in quibus hoc Regale legitimam consuetudine receptum sit, quam sicut Regi Advocatus, aut Procurator probare tenebitur.